



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 40. Ejusdem liber de vera, & falsa Religione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

tores in diversas scindebantur factiones Sæcul. XVI.
 ac sectas, unde illi, qui novæ huic do- A.C. 1526.
 & trinæ adhærebant, appellabantur *Sa-*
cramentarii seu Zwingiani, eoquod Zwin-
 glius omnium primus figurato sensui a
 Carolstadio excogitato suffragatus, ce-
 teris auctoritate valeret. In hac Zwin-
 glii sententia nec miraculum, nec aliud
 quicquam, quod naturali lumine com-
 prehendi non posset, in Evcharistia in-
 tervenit, panis fractus, inquietabat, no-
 bis repræsentat corpus Christi immola-
 tum, vinum vero sanguinem effusum;
 Christus instituendo hæc signa rei no-
 men illis dedit; nec tamen propterea
 omnino nuda esse signa ajebat, eoquod
 recordatio & fides Corporis immolati,
 & sanguinis effusi nostram animam cor-
 roboret, & Spiritus sanctus in cordibus
 nostris remissionem peccatorum confir-
 met. En! ad quas tandem nugas totum
 hoc Mysterium restringant Zwinglii Se-
 ctatores.

§. XL.

Zwinglii liber de vera, & falsa Religione.

Anno Christi millesimo quingentesimo
 vigesimo sexto Mense Martio Zwin-
 glius tractatum edidit *de vera, & falsa*
Religione, quem Francisco I. Galliarum
 Regi nuncupavit. In eo sententiam suam

F 4

de

Sæcul XVI. de Eucharistia prolixo admodum sermo-
ne exposuit, sequenti autem Mensi Au-

gusto alium vulgavit libellum, cui titu-
lus: *de subsidio Eucharistie*, in quo iti-

Ludov. La- dem fuis de eodem argumento dis-
vaterus in rit. Adversabatur sat luculenter ejus
Controversia opinioni facer Codex; equidem hisce
Sacram. verbis: *Hoc est corpus meum*, opponebat
fol. 2. 3. & illa: *Ego sum vitis, ego sum ostium, Pe-*
seq.

Zwing. sub- tra erat Christus &c. ast ejusmodi exem-
sid de Eucha- pla non erant prioribus æqualia; nam
rift. p. 247.

Christus Dominus hæc verba: *Hoc est*
corpus meum, hic est sanguis meus, non eo
sensu pronunciaverat, ut vel parabolam
proponeret, vel allegoriam explicaret:
Hæc insuper verba de se ipsis a reliquo
etiam sermone avulsa perfectum præse-
ferebant sensum; agebatur enim de no-
va institutione, quam verbis omnino
perspicuis fieri oportebat, nec unquam
in sacris paginis hucusque vel ullum re-
periebatur testimonium, ubi institutio-
nis signum eo momento, quo institue-
batur, absque præparatione prævia ip-
sius rei nomine insignitum fuisset. Hoc
argumento Zwinglius diu noctuque agi-
tabatur, illudque eludere satagebat.
Interea tamen, spreta Tigurini Tabula-
rii oppositione, Missæ Sacrificium ju-
bente Senatu fuit abolitum.

§. XLI.